

et sic necessitate quadam oportuit naturam subesse iusticie et servire iudicio libertatem²⁹⁾. Sed nec extrinsecus exquiri decuit speciem aliam creature, cui se presentata per hominem celestis ymago subiceret, sed homo prelatus est homini, ut graciorem prelaturam efficeret ydemptitas specie r u m.

Potissime tamen divina p o t e n c i a prefecit ad regimen populorum Imperium, dum ostensa sibi figura numismatis in reddicione census et solutionibus tributorum pre ceteris regibus cesaree fortune fastigium presign a v i t, cui diversimodas subdidit naciones non ad³⁰⁾ hoc solum, ut eis imperando preesset, sed ut ipsis pocius³¹⁾ iusticie copiam ministrando prodesset³²⁾. Ea³³⁾ namque sunt omnia, si verum respicimus, subiectorum grata levamina, que sunt eciam principatus. In hoc enim gracia regis extollitur et servatur, si in equitate pacis populum dirigat et in iusticie vigore conservet. A quorum prima^{a)} non sine reg e n c i u m salutis et vite discrimine liberatur; legimus namque plures <pro> quiete publica populorum labores eximios^{b)} assumpsisse nec ex toto segura iusticia per reges et principes ministratur, qui, dum inferiores i u d i c a n t, ipsi superiori iudicio reservantur. Et quamquam tanti sollicitudo mi<ni>sterii <a> quibuslibet terre principibus debeatur, Romani tamen imperii veneranda sublimitas tanto perfectius zelari pacem compellitur, quanto tene-
tur instancius vacare iusticie subditorum, ut, quam^{c)} tocius orbis ambitus quodammodo debita devocione deposcit, quasi ab i p s o p r e s e n t e obtineret, cuius vere tam spiritus quam affectus, velut fidelis et prudens³⁴⁾, spiritu vivit³⁵⁾ Imperii, ut eo languente langueat et ipso prosperante letetur.

Si enim ipsa regalis celsitudo debitorum³⁶⁾ s u o r u m cyrographum perlegerit et calendarii sui nomina diligentissime perscrutetur, rex ipse aliis fore debitorem evidenter agnoscit et aliorum perspicit creditorem. Ab illo namque bono patrefamilias^{d)} protinus et instanter a gubernante Imperium exigitur debitum, qui^{e)} peregre³⁷⁾ proficiscens pecu-

a) primo Hs. b) eximisos Hs. c) quem Hs. d) patrefamilia (scheinbar patrefamilio) Hs. e) quod Hs.

²⁹⁾ Zum Ganzen vgl. August., *De civ. Dei* 19, 15.

³⁰⁾ Besser wohl ob, wie MG., *Const. a. a. O.*

³¹⁾ Eb. pacis et, was richtiger zu sein scheint.

³²⁾ Dieses oft gebrauchte Wortspiel — non ut praesint, sed ut prosint — siehe z. B. August., *Contra Faustum Manich.* 22, 54, Migne PL. 42, 436.

³³⁾ Petr. de Vin. 3, 1 (I, 374) bzw. MG., *Const.* 2, 267.

³⁴⁾ Vgl. Ioh. Saresbier., *Policrat.* 2, 29 (ed. Webb 1, 168) vom Arzte: dummodo sit fidelis et prudens, wohl nach Matth. 24, 25: Quis, putas, est fidelis servus et prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam...?

³⁵⁾ Vgl. Gal. 5, 25.

³⁶⁾ Petr. de Vin. 3, 1 (I, 373).

³⁷⁾ Matth. 25, 14 ff.